¶ Symbolum sancti gregorij de fide sancte trinitatis

CRedo in deum omnipotentem patrez et in filium & in spiritū sanctum· Tres personas vnam substantiā patrem ingenitum filium genitum Spiritum vero sanctū nec genitum nec ingenitum sed coeternum de patre & filio procedentem· Confiteor vnigenitum filium consubstantialem ⁊ sine tempore natum de patre omnium visibilium & inuisibilium conditorem lumen de lumine deum verum de deo vero splendorem glorie figuram substantie qui manens verbuz ante secula perfectus homo creatus est iuxta finem seculorum conceptus ⁊ natus ex spiritu sancto ⁊ maria virgine qui naturam nostram suscepit absq̧ peccato & sub poncio pylato crucifixus est & sepultus tercia die resurrexit a mortuis· Die autem quadragesima ascēdit in celum sedet ad dexteram patris vnde venturꝰ est iudicare viuos ⁊ mortuos positurus ante oculos omnium omnia singulorum daturus sanctis perpetua p̄mia regni celestis iniquis autem supplicia ignis eterni innouaturus seculum per ignez Confiteor vnam fidem vnuz baptisma vnā aplice ⁊ vniuersalē ecciaz q̄ sola possunt laxari peccata· In nomine patris & filij ⁊ spiritus sancti amen

¶ Incipit registruz sancti gregorij pape vrbis rome Vniuersis episcopis per siciliam j·

DIximus vt sicut decessorum nostrorum fuit iudicium ita vni eidemq̧ persone omnia cōmittamus & vbi nos p̄ntes esse nō possumꝰ nr̄a p eū cui p̄cipimus representet auctoritas Quamobrez petro subdyacono sedis nostre intra prouinciam siciliam vices nostras deo auxiliante cōmisimus· Nec enim de eius actibus dubitare possumus cui deo auxiliante tote nostre ecclesie noscimur patrimonium cōmisisse· Illud q̧ꝫ fieri debere perspeximus vt semel per annum ad syracusanam siue cathinensum ciuitatem vniuersaliter honore quo dignum est sicut eidem iussimus fraternitas nostra conueniat quatinus que ad vtilitatē prouincie ipsius ecclesiarumq̧ pertinent siue ad necessitatem pauperum oppressionē q̧ subleuandaz vel admonitionem omniuz atq̧ quorum excessus cōtigerit demonstrari congrua cum eodem petro subdyacono sedis nostre debeatis moderatione disponere· A quo concilio procul absint ocia facinorum nutrimenta atq̧ inuidia interna tabes nimis execrabilis animorum sacerdotes suos concordia deo placita & caritas recognoscat· Hec ergo omnia cum ea maturitate ac tranquillitate gerite vt dignissime ep̄ale possit concilium nūcupari



¶ Gregorius Justino pretori sicilie ij·

QVod lingua loquitur attestatur cōscientia quia dudum vos ⁊ nullisꝰ dignitatis occupationibus implicatos multum dilexi multumq̧ veneratus sum · Ipsa namq̧ incessus vestri modestia quibusdam conatibus exigebat vt diligi & venerari etiaz a nolente debuisset ⁊ cum venisse ad administrandam preturam sicilie audiui gauisus sum ⁊ quia quondam inter vos et ecclesiasticos simulationem subripere comperi vehementissime contristatus sum· Nunc vero quia ⁊ vos administrationis cura ⁊ me studium huius regiminis occupat intantum nos recte diligere specialiter possumus inquantum generalitati minime notemus · Vnde per omnipotentez dominum rogo in cuius tremendo iudicio nostrorum actuumposituri sumus rationem vt eius respectum semper gloria nostra ante oculos habeat et nūquam quodlibet ex quo inter vos vel parua dissensio proueniat admittat Nulla vos lucra ad iniusticiaz pertrahant nullius vel mine vel amicicie vel ab itineris rectitudine deflectant. Quaz sit vita breuis aspicite ad quem quandoq̧ ituri estis iudicem qui iudiciariam potestatem geritis cogitate· Sollerter ergo intuendum est quod cuncta lucra hic relinquimꝰ & solas dispendiorum lucrorum causas nobiscum ad iudicium deportamus· Illa ergo nobiscum sunt commoda querenda que nequaquam mors adimat sed mensura in perpetuum presentis vite finis ostendant